



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula CII. Mandati procura ad consentiendum novis pensionibus super  
Episcopatu imponendis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

portuna, ita ut ex defectu mandati præmissa omnia suum effectum fortiter non desinant, unumquaque &c. Sequatur formam mandati præcedentis usque ad finem.

## FORMULA CII.

*Mandati procura ad consentiendum  
novis pensionibus super Episcopatu-  
m imponendis.*

IN nomine Domini Amen &c. Personaliter constitutus Reverendissimus Dominus N. electus Episcopus &c. specialiter, & expressè ad ipsius R. D. constituentis nomine, & pro eo, in eventum, in quem, ac dum & quando prædictus sanctissimus Dominus noster super fructibus, redditibus, & proventibus mense Episcopalis N. ad quam per Serenissimum Dominum nostrum D. Philippum Hispaniarum Regem Catholicum, quæ de jure patronatus prædicti Domini Regis existit, prætentatus fuit, nonnullas annuas pensiones ad favorem personarum per eum nominandarum reservare constituere, & assignare voluerit, tunc, & eo casu, & non alias aliter, neque aliquo modo, constitutioni, reservationi, & assignationi pensionum prædictarum consentiendum, suos assensus, & consensus præstandum, eosque stipulandum, firmandum, ac cum solitis clausulis extendendum & jurandum in forme, literarumque expeditiōni consentiendum, & ad dictarum

pensionum solutionem dictum R. D. minum constituentem in ampliori forma Camerae Apostolicæ latissime extendenda obligandum, & in ejus animam jurandum, quod in præmisso non intervenit, nec intervenire speratur dolus, simonia labes, aut quævis alia illicita pactio, seu corruptela, & alia juramenta quæcunque necessaria præsumendum, quascunque supplicationes præsentandum, ceteraque comprehendendum &c. prosequatur quereres insinuē formarum præcedentium mandatorum.

## FORMULA CIII.

*Juramenti cum Bullis ad Episcopum  
transmissi ad effectum illud emittendi,  
ante ejus consecra-  
tionem.*

Forma juramenti. Ego N. ab hac horain antea fidelis, & obediens ero beato Petro, sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, ac Domino nostro Domino N. Papæ N. suisque successoribus Canonice intrantibus, non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrura, seu capiantur, aut in eos violenter manus quomodo dolibet ingerantur, vel in iuriæ aliquæ inferantur, quovis quæsito colore: Consilium verò quod mihi crediturisunt perse, aut nuntios, seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam, Papatum Romanum, & Regalia sancti Petri adjutoris ero ad retinendam.